An. et vol. XXXII 20 Februarii 1940 (Ser. II, v. VII) - Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Constitutiones Apostolicae, p. 33 - Litterae Apostolicae, p. 38 - Epistulae, p. 42 - Nuntius radiophonicus, p. 47.

Acta SS. Congregationum: *S. S. C. S. Officii*: Decretum, p. 52 - *S. C. Consistorialis*: Provisio Ecclesiarum, p. 52 - *S. C. Rituum*: Decretum de virtutibus pro beatificatione Servae Dei Paulae Elisabeth C. Cerioli, viduae Buzecchi-Tassis, p. 54.

Acta Tribunalium: *S. Paenitentiaria Apostolica*: I, II. Decreta de indulgentiis, p. 58 - *S. R. Rota*: Citatio edictalis, p. 61.

Acta Officiorum: *Pont. Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos*: Responsa ad dubia, p. 62.

Diarium Romanae Curiae: S. C. dei Riti: Congregazioni varie - Segreteria di Stato: Nomine - Necrologio, pp. 63-72.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XL

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 35 — extra Italiam, *L. it.* 55 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 4 — extra Italiam, *L. it.* 4,50

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quoticscumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXII, n. 2 - 20 Februarii 1940)

ACTA PII PP. XII

Constitutiones Apostolicae

PAG.

I. *De Yangku.* - Praefectura Apostolica de Yangku ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem evehitur. - *11 Iulii 1939* 33

II. *De Multan.* - Praefectura Apostolica de Multan in Dioecesim erigitur. - *20 Iulii 1939* 34

III. *De Wuchow.* - Praefectura Apostolica de Wuchow in Vicariatum Apostolicum erigitur. - *20 Iulii 1939* . . . 37

Litterae Apostolicae

I. *Ventimiliensium Episcopus.* - Sanctuarium Sacratissimo Cordi Iesu dicatum, in loco « Bussana Nuova » intra Ventimiliensis dioecesis fines, Basilicae Minoris titulo et privilegiis honestatur. - *20 Augusti 1939* . 38

II. *Montis Pessulani.* - Templum Nostrae Dominae a Tabulis inter fines civitatis ac dioecesis Montis Pessulani honoribus Basilicae Minoris insignitur. - *11 Octobris 1939* 39

III. *Litteris suis Apostolicis.* - De nobilitatis privilegio iam Ordinis Piani proprio abolendo. - *11 Novembris 1939* 41

Epistulae

I. *Singulari animi.* - Ad Excmum P. D. Ioannem Panico, Archiepiscopum tit. Iustinianensem, eundemque Delegatum Apostolicum in Australasia, quem Legatum mittit ad Congressum Eucharisticum christifidelium Novae Zelandiae, in urbe Wellingtonensi celebrandum. - *20 Novembris 1939* . . 42

II. *The memorable message.* - Ad Excmum virum Franklin Delano Roosevelt, Foederatarum Civitatum Americae Septemtrionalis Praesidem: ob humanissimas litteras Summo Pontifici missas. - *7 Ianuarii 1940* . . . 43

E textu anglico versio italica 45

Nuntius Radiophonicus

In this hour. - A Beatissimo Patre, die 1 mensis Februarii anno 1940, christifidelibus Novae Zelandiae datus, ob Conventum Eucharisticum in urbe Wellingtonensi coadunatis 47

E textu anglico versio italica 49

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

PAG.

Decretum. - *15 Ianuarii 1940* 52

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

Provisio Ecclesiarum 52

SACRA CONGREGATIO RITUUM

Bergomen. - Decretum de virtutibus pro beatificatione Servae Dei Paulae Elisabeth, in saeculo Constantiae Cerioli, viduae Buzecchi-Tassis, Fundatricis Instituti a Sacra Familia. - *2 Iulii 1939* 54

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(Officium de Indulgentiis)

I. Summarium indulgentiarum et privilegii a Summis Pontificibus venerabili Archiconfraternitati doctrinae christianae in ecclesia S. Mariae de Planctu Urbis canonice erectae necnon Confraternitatibus ipso iure eidem aggregatis concessorum. - *21 Decembris 1939* 58

II. Oratio ad D. N. Iesum Ch. crucifixum indulgentia partiali ditatur. - *15 Ianuarii 1940* 60

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis: Ventimilien. - Nullitatis matrimonii (Sacco-Forkin). - *8 Februarii 1940* 61

ACTA OFFICIORUM

PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

Responsa ad proposita dubia. - *19 Ianuarii 1940* 62

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Sacra Congregazione dei Riti: *Varie* . 63

II. Segreteria di Stato: *Nomine* 63

III. Necrologio 72

An. et vol. XXXII 20 Februarii 1940 (Ser. II, v. VII) – Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE YANGKU

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE YANGKU AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolica de Yangku praefectura in Sinis, tertia decima die Decembris mensis anno millesimo nongentesimo tricesimo tertio erecta e seiuncta territorii Apostolici Vicariatus de Yenchowfu parte efformata atque saeculari clero Sinensi commissa, indefesso labore constantique zelo Evangelii praeconum, tanta, Deo auctore, in catholica re et missionalibus operibus incrementa suscepit, ut digna videatur, quae ad potioris dignitatis gradum ab Apostolica Sede evehatur. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, cunctis rei momentis mature perpensis, dilecti Filii Societatis Verbi Divini Moderatoris Generalis ad id Nobis oblatis precibus annuendum censuimus, lubenti animo occasionem nacti meritae laudis testimonium dandi illis missionariis inibi Christi regnum prolatando adlaborantibus et animum iis simul addendi ad novos maioresque in dies exantlandos labores. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum, qui sua interesse praesumant, consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi, Praefecturam Apostolicam de Yangku in Sinis

in Vicariatum Apostolicum sub eadem appellatione, iisdemque servatis finibus, evehimus et constituimus. Eidem igitur Vicariatui eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti sigillo munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, id attentare praesumpserint, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die undecima mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXI, n. 50. – Al. Trussardi.

II

DE MULTAN

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE MULTAN IN DIOECESIM ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Enascens inter infideles populos Ecclesia, in qua, Deo favente, catholica res non parum profecerit, praesertim si in regionibus exstet, ubi ecclesiastica hierarchia iam sit canonice constituta, a Romano Ponti-

fice ad dioecesis gradum evehi solet. Felicius itaque augescente in dies christiano nomine in Praefectura Apostolica de Multan in India, Apostolicis sub plumbo Litteris *Quo apostolicis,* die septima decima Decembris mensis, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo sexto a fel. rec. Pio Papa Undecimo, Decessore Nostro, erecta et sollertibus Missionariorum Ordinis Fratrum Praedicatorum curis concredita, congruum opportunumque visum est Praefecturam illam in Dioecesim erigere. Conlatis igitur cum venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositis, consiliis, omnibus mature perpensis, ac suppleto, quatenus opus sit quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine Praefecturam Apostolicam de Multan harum Litterarum vi in Dioecesim, iisdem servatis finibus et appellatione, evehimus et erigimus; illamque suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae Delhiensi et Simlensi, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico Archiepiscopi Delhiensis et Simlensis iuri subiicimus. Sedem autem et cathedram episcopalem in *Multan* urbe, a qua nova haec Dioecesis nomen mutuatur, figimus et constituimus; ecclesiam vero ibi exstantem, SS. Redemptori dicatam, ad Cathedralis dignitatem et fastigium extollimus; eidem propterea Cathedrali et pro tempore Episcopis Multanensibus omnia tribuimus iura, privilegia, honores, insignia, favores, et gratias, quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent; illosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quum autem temporum adiuncta prohibeant quominus illic canonicorum capitulum modo erigatur, indulgemus ut interim pro canonicis ad iuris tramitem dioecesani consultores eligantur. Quod autem ad Seminarii dioecesani erectionem, ad Dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris Apostolici, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi servanda iubemus, quae sacri canones praescribunt. Ad quae omnia, uti supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda, venerabilem Fratrem Leonem Petrum Kierkels, Archiepiscopum titularem Salaminensem et in Indiis Orientalibus Delegatum Apostolicum, deligimus; eique propterea facultates tribuimus ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et illi onus facimus ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide authenticum exemplar peractae exsecutionis actorum quantocius transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptio-

nis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere et, si secus super his, a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque quibuslibet, etiam speciali mentione dignis. Statuimus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, subiectionis, decreti, commissionis, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die vicesima mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol, LXI, n. 61. – Al. Trussardi

III

DE WUCHOW

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE WUCHOW IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quaecumque fidei catholicae prolatandae aptiora videantur, ea pro supremo quo fungimur apostolatus officio praestare satagimus. Quum itaque in Praefectura Apostolica de Wuchow in Sinis, anno millesimo nongentesimo trigesimo quarto, die decima mensis Decembris, Apostolicis sub plumbo Litteris *In sublimi Petri* a fel. rec. Pio Papa Undecimo, Decessore Nostro, erecta, indefesso constantique Societatis de Maryknoll pro Missionibus exteris Sodalium studio et labore, catholica religio non pauca incrementa susceperit et missionalia opera postremis hisce annis multiplicata sint, Nos, de Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, volentes meritae laudis strenuis illis Evangelii Praeconibus testimonium praebere, ut iis ad novos maioresque exantlandos labores addatur animus, re mature perpensa, ad potiorem dignitatis gradum Missionem illam evehere decrevimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum, qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam Apostolicam de Wuchow, eodem nomine iisdemque finibus servatis, in Vicariatum Apostolicum evehimus, erigimus et constituimus; eumque eiusdem Societatis de Maryknoll pro Missionibus Exteris sollertibus curis, sicut antea, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concreditum volumus. Novo autem huic Vicariatui de Wuchow eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur,

si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die vicesima mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LXI, n. 60. - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SANCTUARIUM SACRATISSIMO CORDI IESU DICATUM, IN LOCO « BUSSANA NUOVA » INTRA VENTIMILIENSIS DIOECESIS FINES, BASILICAE MINORIS TITULO ET PRIVILEGIIS HONESTATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ventimiliensium Episcopus refert ad Nos intra suae dioecesis fines in loco, quem « Bussana Nuova » nuncupant, recens conspicuumque exstare paroeciale templum, Sacratissimo Cordi Iesu dicatum, quod cura parochi Francisci Lombardi, abhinc haud multos annos a vita egressi, extructum est. Idem vero templum nobili structura ac devota renidet nec non artis operibus; continentique pietate christifideles ex omnibus regionibus finitimis illuc confluunt, peregrinorum etiam more; ac propterea saepe saepius in eodem templo-sanctuario peculiares sacrae functiones, magno cum fructu animarum spirituali, frequenti populo ac devoto adstante peraguntur. Nunc autem memoratus Ventimiliensium Episcopus ad incrementum quoque maius obtinendum pietatis fidelium erga Sacratissimum Cor Iesu a Nobis suppliciter expostulat, ut, occasione quinquagesimi anni ab ipsius sanctuarii consecratione, votis etiam populi fidelis obsecundantes, idem templum

honoribus privilegiisque Basilicae minoris decorare velimus. Nos vero, cum, audito quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, precibus huiusmodi annuendum censeamus, praesentium Litterarum tenore, Apostolica auctoritate Nostra, paroeciale templum Sanctuarii Sacratissimo Cordi Iesu dicati in loco « Bussana Nuova » intra Ventimiliensis dioecesis fines, *Basilicae Minoris* titulo ac privilegiis perpetuum in modum augemus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec benigne concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die XX mensis Augusti, anno MCMXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

A. Card. MAGLIONE, *a secretis Status.*

II

TEMPLUM NOSTRAE DOMINAE A TABULIS INTER FINES CIVITATIS AC DIOECESIS MONTIS PESSULANI HONORIBUS BASILICAE MINORIS INSIGNITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Montis Pessulani in civitate in honorem Nostrae Dominae a Tabulis exstat ecclesia quae vetustate, molis amplitudine atque artis operibus, quibus est exornata, excellit. Ad simulacrum Beatae Mariae Virginis invisendum, quod eodem in templo devote custoditur, magno concursu et pietate ex omni condicione christifideles confluunt, eademque in ecclesia sub parochi-decani regimine plures sacerdotes regulares maximo cum animorum emolumento devotionem erga Deiparam augendam studiose curant, religionisque muneribus funguntur. Cultum quidem erga Beatissimam Virginem antiquissimum esse in dioecesi sua edocet Nos Episcopus Montis Pessulani, qui addit iam saeculo nono in civitate episcopali exstitisse sub titulo Nostrae Dominae sacellum publicum, postea ampliatum et in votivum urbis templum reductum, in eodemque statuam e nigro ligno Deiparae ulnis suis Puerum Iesum gestantis saeculo undecimo repositam esse, quam, uti

fertur, dominus tunc temporis Montis Pessulani e locis Terrae Sanctae pie attulerat. Huiusmodi vero Beatae Virginis simulacrum, gratiis miraculisque clarum, quod omnes cives religioso simul ac patrio affectu colunt, nomine Decessoris Nostri Leonis Pp. XIII aurea corona decoratum est; et cum ob Consociationis Nostrae Dominae a Tabulis sollertiam antiqui mores societatum seu, uti aiunt, corporationum operariorum loci revivixerint, cumque Civitas ipsa antiquum, quo olim utebatur, stemma effigiem Beatae Virginis a Tabulis praeseferens atque inscriptionem « Virgo Mater natum ora ut Nos iuvet omni hora » denuo sumpserit, nil mirum quod Deipara sub titulo eodem Patrona principalis civitatis declarata sit, eiusdemque Sanctuarium magis magisque in dies christifideles celebrent suisque subsidiis generosis adiuvent. Quapropter cum hodiernus Episcopus Montis Pessulani, nomine quoque Capituli Cathedralis, totiusque cleri dioecesis humillimis enixisque supplicationibus Nos roget ut ad dignitatem basilicae minoris evehere dignemur templum, in quod simulacrum cultusque Nostrae Dominae a Tabulis ineunte saeculo decimo nono, postquam eversores Gallicae, quam vocant, Revolutionis pristinum sanctuarium diruerunt, translata sunt, precibus huiusmodi annuendum libenter censemus. Conlatis igitur consiliis cum Dilecto Filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum enunciatam ecclesiam Nostrae Dominae a Tabulis, intra fines civitatis ac dioecesis Montis Pessulani, titulo atque honorificentiis *Basilicae Minoris* libenter decoramus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illique ecclesiae Sanctae Mariae a Tabulis, ad quam pertinent, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die XI m. Octobris, an. MCMXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

A. Card. MAGLIONE, *a secretis Status.*

III

DE NOBILITATIS PRIVILEGIO IAM ORDINIS PIANI PROPRIO ABOLENDO

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Litteris suis Apostolicis sub anulo Piscatoris obsignatis die decima septima m. Iunii, an. MDCCCXLVII ac die pariter decima septima mensis Iunii, an. MDCCCXLIX, necnon decreto ex Aedibus in Quirinali dato die XI m. Novembris an. MDCCCLVI, Praedecessor Noster Pius Pp. nonus Equestrem Ordinem creavit atque instituit, *Pianum* nuncupatum, qui tribus Equitum classibus constaret. Apostolicis autem Litteris praelaudatis statutum etiam fuit Equites in primam eiusdem Ordinis Classem cooptatos privilegio nobilitatis in filios quoque transmittendae, illos vero, qui secundae Classis insigni honestati essent, nobilitatis titulo ad personam tantummodo gavisuros esse. Quod, habita praesertim temporum nostrorum ratione, minus opportunum videtur, cum ceteri, etiam potiores, Equestres Ordines, quorum insignia a Romanis Pontificibus conferuntur, nullo modo nobilitatis privilegio aliquo fruantur. Itaque, omnibus rei momentis attente perpensis, Nos, ut huiusmodi iure Ordo quoque Pianus ceteris Equestribus Ordinibus adaequetur Pontificiis, motu proprio statuendum censemus ut, iis abolitis quae iam Litteris Apostolicis supradictis decreta fuerant, ex nunc et in posterum omnes et singuli, in quamlibet ex tribus classibus praefati Ordinis Piani classem adsciti, insignibus tantum ac titulo proprio Classis, absque ullo nobilitatis iure privilegioque licite uti, frui possint et queant. Contrariis non obstantibus quibuslibet; decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; sicque iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI m. Novembris, an. MCMXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

A. Card. MAGLIONE, *a secretis Status.*

EPISTULAE

I

AD EXCMUM P. D. IOANNEM PANICO, ARCHIEPISCOPUM TIT. IUSTINIANENSEM, EUNDEMQUE DELEGATUM APOSTOLICUM IN AUSTRALASIA, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONGRESSUM EUCHARISTICUM CHRISTIFIDELIUM NOVAE ZELANDIAE, IN URBE WELLINGTONENSI CELEBRANDUM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Singulari animi delectatione percepimus, Februario mense anni proximi ineunte, quum primum saeculum a Republica Novae Zelandiae constituta fauste compleatur, Congressum e tota natione Eucharisticum in praeclara urbe Wellingtonensi sollemniter celebratum iri. Quo enimvero spectant eiusmodi fidei pietatisque popularis testimonia, nisi ut Christus Dominus non modo in singulorum animis, verum etiam in civili ipsa consortione, in publicisque rebus ac rationibus feliciter regnet ac suavi iugo dominetur? Est sane diuturno usu comprobatum, ex Eucharisticis coetibus, sicut unumquemque domum reverti flagrantiore incensum caritate, ita populi ipsius mores, nova quadam vi ac virtute perfusos, ad meliorem vitae semitam rationemque converti. Quamobrem salutaria Novae Zelandiae Praesulum incepta et merita laude honestamus et intima Nostra celebritatis participatione cumulare exoptamus. Te itaque, Venerabilis Frater, qui in amplissima Australasiae regione apostolico munere Nostram iam geris personam, quique archiepiscopali honore ac dignitate praefulges, Legatum Nostrum deligimus ac renuntiamus, ut Congressui Eucharistico, ex tota Novae Zelandiae natione in Wellingtonensi civitate proxime ineundo, nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Certa autem spes Nos tenet, pro piissima tua erga Augustum Sacramentum veneratione, proque arcta animi tui cum Novae Zelandiae fidelibus coniunctione, perhonorificum munus te esse libenter utiliterque peracturum. Neque vero dubitamus, quin ex fausta sacrosanctae Eucharistiae in Nova Zelandia celebratione in christianae ipsius societatis venas ac viscera novus quidam pietatis ardor novusque veluti sanguis salutifer circumeundo influat. Caelestium interea luminum gratiarumque nuntia et conciliatrix, praecipuaeque Nostrae dilectionis testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater, egregio Ar-

chiepiscopo Wellingtonensi, iisque universis, qui sollemnibus Eucharisticis aderunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XX mensis Novembris, anno MDCCCCXXXIX, Pontificatus Nostri primo.

PIUS PP. XII

II

AD EXCMUM VIRUM FRANKLIN DELANO ROOSEVELT, FOEDERATARUM CIVITATUM AMERICAE SEPTEMTRIONALIS PRAESIDEM: OB HUMANISSIMAS LITTERAS SUMMO PONTIFICI MISSAS. [1]

PIUS PP. XII

Most Excellent Sir, Health and Prosperity. — The memorable message that Your Excellency was pleased to have forwarded to Us on the eve of the Holy Feast of Christmas has brightened with a ray of consolation, of hope and confidence, the suffering, the heart-rending fear and bitterness of the peoples caught up in the vortex of war. For this all right-minded men have paid you the spontaneous tribute of their sincere gratitude.

We have been deeply moved by the noble thought contained in your note, in which the spirit of Christmas and the desire to see it applied to the great human problems have found such eloquent expression; and fully persuaded of its extraordinary importance We lost no time in communicating it to the distinguished gathering present that very morning in the Consistorial Hall of this Apostolic Vatican Palace, solemnly expressing before the world, Catholic and non-Catholic alike, Our appreciation of this courageous document, inspired by a far-seeing statesmanship and a profound human sympathy.

We have been particularly impressed by one characteristic feature of Your Excellency's message: the vital, spiritual contact with the thoughts and the feelings, the hopes and the aspirations of the masses of the people, of those classes, namely, on whom more than others, and in a measure never felt before, weighs the burden of sorrow and sacrifice imposed by the present restless and tempestuous hour. Also for this reason none perhaps better than We can understand the meaning, the revealing power and the warmth of feeling manifest in this act of Your

[1] Cf. Acta Apost. S. a. 1940, p. 13. V. *Osservatore Romano*, 26 dic. 1939.

Excellency. In fact Our own daily experience tells Us of the deep-seated yearning for peace that fills the hearts of the common people. In the measure that the war with its direct and indirect repercussions spreads; and the more economic, social and family life is forcibly wrenched from its normal bases by the continuation of the war, and is forced along the way of sacrifice and every kind of privation, the bitter need of which is not always plain to all; so much the more intense is the longing for peace that pervades the hearts of men and their determination to find and to apply the means that lead to peace.

When that day dawns—and We would like to hope that it is not too far distant—on which the roar of battle will lapse into silence and there will arise the possibility of establishing a true and sound peace dictated by the principles of justice and equity, only he will be able to discern the path that should be followed who unites with high political power a clear understanding of the voice of humanity along with a sincere reverence for the divine precepts of life as found in the Gospel of Christ. Only men of such moral stature will be able to create the peace, that will compensate for the incalculable sacrifices of this war and clear the way for a comity of nations, fair to all, efficacious and sustained by mutual confidence.

We are fully aware of how stubborn the obstacles are that stand in the way of attaining this goal, and how they become daily more difficult to surmount. And if the friends of peace do not wish their labors to be in vain, they should visualize distinctly the seriousness of these obstacles, and the consequently slight probability of immediate success so long as the present state of the opposing forces remains essentially unchanged.

As Vicar on earth of the Prince of Peace, from the first days of Our Pontificate We have dedicated Our efforts and Our solicitude to the purpose of maintaining peace, and afterwards of restablishing it. Heedless of momentary lack of success and of the difficulties involved, We are continuing to follow along the path marked out for Us by Our Apostolic mission. As We walk this path, often rough and thorny, the echo which reaches Us from countless souls, both within and outside the Church, together with the consciousness of duty done, is for Us abundant and consoling reward.

And now that in this hour of world-wide pain and misgiving the Chief Magistrate of the great North American Federation, under the spell of the Holy Night of Christmas, should have taken such a prominent place in the vanguard of those who would promote peace and generously succor

the victims of the war, bespeaks a providential help, which We aknowledge with grateful joy and increased confidence. It is an exemplary act of fraternal and hearty solidarity between the New and the Old World in defence against the chilling breath of aggressive and deadly godless and antichristian tendencies, that threaten to dry up the fountainhead, whence civilization has come and drawn its strenght.

In such circumstancies We shall find a special satisfaction, as We have already informed Your Excellency, in receiving with all the honour due to his well-known qualifications and to the dignity of his important mission, the representative who is to be sent to Us as the faithful interpreter of your mind regarding the procuring of peace and the alleviation of sufferings consequent upon the war.

Recalling with keen joy the pleasant memories left Us after Our unforgettable visit to your great nation, and living over again the sincere pleasure that personal acquaintance with Your Excellency brought Us, We express in turn Our hearty good wishes, with a most fervent prayer for the prosperity of Your Excellency and of all the people of the United States.

Given at Rome, at St. Peter's, the 7th day of January 1940, the first year of Our Pontificate.

PIUS PP. XII

(*e textu anglico versio italica*)

PIUS PP. XII

Eccellentissimo Signore, salute e prosperità. — Il memorando messaggio, che Vostra Eccellenza Ci fece pervenire la vigilia del Santo Natale, ha gettato sulle sofferenze, le angosciose preoccupazioni e le amarezze dei popoli travolti nel vortice della guerra un raggio di consolazione. di speranza e di fiducia, per il quale ogni animo di retto sentire Le ha tributato lo spontaneo omaggio della sua profonda riconoscenza.

Intimamente commossi per il nobile contenuto della Sua comunicazione, nella quale lo spirito del Natale e il desiderio di applicarlo ai grandi interessi dell'umanità hanno trovato una così persuasiva espressione, e pienamente convinti della sua straordinaria importanza, Noi non tardammo a portarla a conoscenza della illustre assemblea, adunata quella mattina stessa nella Sala Concistoriale di questo Apostolico Palazzo Vaticano, manifestando in forma solenne davanti al mondo cattolico e non cattolico il Nostro apprezzamento per questo coraggioso documento di lungimirante saggezza politica e di alta umanità.

Un tratto caratteristico del messaggio di Vostra Eccellenza Ci ha particolarmente colpiti: il vivo contatto spirituale con i pensieri e i sentimenti, le speranze e le aspirazioni delle masse popolari, di quei ceti, cioè, su cui maggiormente grava, in misura mai prima sperimentata, il peso dei dolori e dei sacrifici della inquieta e tempestosa ora presente. Anche sotto questo rispetto, nessuno forse più di Noi può apprezzare il significato, la forza dimostrativa e il commovente calore dell'atto di Vostra Eccellenza. Conosciamo infatti per quotidiana personale esperienza il profondo anelito di pace, che anima i cuori delle popolazioni. Quanto più la guerra e le dirette o indirette ripercussioni della situazione da essa creata si estendono; quanto più la vita economica, sociale e familiare viene scardinata dalle sue basi normali sotto la ferrea legge del proseguimento della guerra, ed è costretta a seguire le vie del sacrificio e delle privazioni di ogni genere, la cui amara necessità non riesce sempre a tutti manifesta; tanto più potente si desta negli animi la nostalgia della pace e la volontà di trovare e mettere in esecuzione i mezzi, che ad essa conducono.

Nel momento, che vorremmo sperare non troppo lontano, in cui il rumore delle armi comincerà a tacere e apparirà possibile il conseguimento di una pace seria, sana, conforme alle norme della giustizia e dell'equità, potrà trovare la retta via solo chi all'alto potere politico unisca la chiara comprensione per la voce dell'umanità e un profondo rispetto per le divine norme di vita del Vangelo di Cristo. Soltanto ad uomini di questa tempra sarà dato di creare una pace, che compensi i giganteschi sacrifici di questa guerra e spiani la via ad una convivenza internazionale equilibrata, fiduciosa e feconda.

Noi ben conosciamo quanto potenti e di giorno in giorno più ardui siano gli impedimenti che si frappongono ancora al raggiungimento di un simile scopo. E se gli amici della pace non vogliono lavorare nel vuoto, debbono avere la netta visione della gravità di tali impedimenti, e perciò della scarsa probabilità di un pronto successo, finchè lo stato attuale delle forze in contrasto non subirà essenziali mutamenti.

Come Vicario in terra del Principe della pace, fin dall'inizio del Nostro Pontificato abbiamo consacrato i Nostri sforzi e le nostre sollecitudini al fine del mantenimento della pace e poi del suo ristabilimento. Incuranti di temporanei insuccessi e difficoltà, continuiamo a procedere per la via segnataCi dalla Nostra missione apostolica. L'eco che in questo cammino spesso aspro e spinoso Ci giunge da innumerevoli anime, dentro e fuori della Chiesa, Ci è, colla coscienza del dovere compiuto, larga e consolante ricompensa.

Che ora, in un momento di universale ambascia e trepidazione, il Primo Magistrato della grande Unione nordamericana abbia preso, nel segno della santa Notte di Natale, un posto così distinto nell'avanguardia dei promotori della pace e di un generoso soccorso alle vittime della guerra, significa un ausilio provvidenziale, che Noi salutiamo con riconoscente gioia e con aumentata fiducia, e rappresenta un atto esemplare di fraterna e calda solidarietà fra il nuovo e il vecchio Mondo a difesa contro il gelido soffio di tendenze atee e anticristiane, aggressive e distruggitrici, che minacciano di fare inaridire le fonti, da cui la civiltà prese nascimento e vigore.

In tale stato di cose, sarà per Noi di particolare soddisfazione, come già abbiamo fatto conoscere a Vostra Eccellenza, di accogliere con tutte le distinzioni, dovute alle sue provate qualità e alla importanza della sua alta missione, il Rappresentante, che Ci sarà inviato quale fedele interprete delle Sue intenzioni rivolte al conseguimento della pace e al sollievo delle sofferenze derivanti dalla guerra.

Riandando con viva compiacenza ai soavi ricordi in Noi lasciati dalla indimenticabile visita a cotesta grande Nazione, e rivivendo l'intimo piacere, che Ci procurò allora la personale conoscenza con Vostra Eccellenza, Le ricambiamo i fervidi auguri, formulando i voti più cordiali per la prosperità di Vostra Eccellenza e dell'intiero popolo degli Stati Uniti.

Dato a Roma, presso San Pietro, il 7 gennaio 1940, anno primo del Nostro Pontificato.

PIUS PP. XII

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE, DIE I MENSIS FEBRUARII ANNO MCMXL, CHRISTIFIDELIBUS NOVAE ZELANDIAE DATUS, OB CONVENTUM EUCHARISTICUM IN URBE WELLINGTONENSI COADUNATIS.

In this hour, beloved Sons and Daughters, when you are celebrating, with the Eucharistic Congress, the end of the first and the beginning of the second century of Catholic life in New Zealand, We, the Father of the great Catholic family, feel a need in Our heart of dwelling in spirit in your midst, of sharing your joy, and of raising Our voice with yours in thanksgiving to Almighty God. Grateful and joyful thanks to God must fill Our heart, as they fill yours, when We see before Us the edifice

of your external Catholic life, your dioeceses and parishes, churches and schools, religious houses, organizations and works of charity, which have unfolded since the day when the venerable Bishop Pompallier of the young Marist Society, which in the future was to deserve so well of you, landed with his companions on the banks of the Hokianga. And when We consider, further, how much faith and prayer, sacrifice and personal holiness, how much patience and love, how much social blessing and cultural work, how much temporal, and, above all, how much eternal happiness, how much honouring of God, is represented in that measurable Catholic growth, then We desire to proclaim with you the praise of God: and the glacial splendour of your mountain peaks, the beauty of your coast, and the loveliness of your forests and plains, all join together with Us in singing the praise of God: « Quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius »: « because He is good, because His mercy endureth forever ». [1] Looking over the course of the past hundred years, with their heights and depths, their success and unsuccess, We see the wonderful ways of divine Providence: and kneeling in adoration We confess with Saint Paul: « O altitudo divitiarum sapientiae, et scientiae Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius... Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in saecula. Amen ». « O the depth of the riches of the wisdom and of the knowledge of God! How incomprehensible are His judgements, and how unsearchable His ways!... For of Him, and by Him, and in Him, are all things: to Him be glory for ever. Amen ».

We rejoice that you are celebrating the first century of the Catholic Church in New Zealand with a Eucharistic Congress. In so doing, you announce your longing and your hope that Christ may rule over the whole life of your nation, over the life of each one as over social life: that His Spirit, His Will, His Word, may fill those who guide your destiny and make your laws: that His Love may smooth out difficulties among you, and heal the wounds of the past: that His Peace may descend upon your common life, and mercifully protect you from the horrors of the war. By your public worship of the Eucharistic God, you announce, besides, that you yourselves, drawing from the fountains of grace in the Eucharistic mystery, desire to put on Christ, and to form yourselves in Christ. [2] And in fact: apart altogether from the eternal treasures which you thus draw into yourselves and into your nation, you could in

[1] II Par. 7, 3.

[2] Rom. 13, 14: Gal. 4, 19.

no better way contribute to the social life of your people than as you have done . We say it with gratitude and with pride — in the past, and as you show you will do in the future, by living as Godfearing and earnest Catholics.

You have chosen the Blessed Virgin Mary to be Lady and Queen of your island realm. Today, consecrate yourselves afresh to her. Recommend to her Mother-love above all the faith and the purity of your youth, the holiness and the happiness of your family life. May her powerful intercession obtain for you all, that « your soul and your body may be preserved blameless for the coming of our Lord, Jesus Christ ».[3]

If there be any among you to whom the love of your common Father goes out in a special way, they are Our Sons and Daughters of the Maori people. We beseech Almighty God that, in the second century of the Catholic Church in New Zealand, He will make them grow into a great family of God, and will cause the richest fruit to spring from the young and yet tender blossoms of their following of Christ in the priesthood and the religious life. Upon the whole Maori people, We call down the blessing of God. May they increase in numbers; may they enjoy a quiet well-being; may they attain to full knowledge of the true faith, and, with that faith, draw happiness, love, and true peace, into their hearts and homes.

We end with the greeting of Saint Paul: « The grace of our Lord Jesus Christ, and the charity of God, and the communication of the Holy Ghost, be with you all ».[4] As a pledge of the love, the grace and the friendship of God, We bless you. To your good and worthy bishops, to your priests and religious, to all who labour for the salvation of souls, to your youth, to the sick and to those in want, and to all of you, beloved Sons and Daughters, We give, from the fulness of Our heart, the Apostolic Blessing.

Benedictio Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super vos et maneat semper. Amen.

(*e textu anglico versio italica*)

In quest'ora in cui, diletti figli e dilette figlie, voi celebrate, col Congresso Eucaristico, la fine del primo e l'inizio del secondo secolo di vita cattolica nella Nuova Zelanda, Noi, Padre della grande famiglia cattolica, sentiamo il bisogno di essere spiritualmente in mezzo a voi, di condi-

[3] I Thess. 5, 23.

[4] II Cor. 13, 13.

videre la vostra gioia e di elevare con voi la nostra voce nel rendere grazie a Dio Onnipotente. Sentimenti di gratitudine e di gioia debbono riempire i Nostri cuori, così come ricolmano i vostri, nel vedere l'edificio della vostra vita cattolica, le vostre diocesi e parrocchie, le vostre chiese e scuole, le case religiose, le organizzazioni e le opere di carità che si sono sviluppate dal giorno in cui il venerabile vescovo Pompallier della giovane Congregazione dei Maristi, che in avvenire avrebbe così bene meritato di voi, approdò con i suoi compagni sulle rive dell'Hokianga. E considerando inoltre quanta fede e quanta preghiera, quanto sacrificio e santità personale, quanta pazienza e quanto amore, quanta beneficenza sociale e lavoro per la coltura, quanta felicità temporale e sopratutto eterna, quanto onore di Dio, è rappresentato in questo visibile accrescimento del cattolicesimo, Noi desideriamo allora proclamare con voi le lodi di Dio: e lo splendore niveo delle vostre montagne, la bellezza delle vostre coste e la vaghezza delle vostre foreste e delle vostre pianure, tutto si unisce a noi nel cantare le lodi di Dio: « Quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius ».[1] Ripensando al corso degli ultimi cento anni, con i loro splendori e le loro avversità, con i loro felici e non felici successi, Noi scorgiamo le vie meravigliose della Provvidenza divina e inginocchiandoci in adorazione confessiamo con S. Paolo: « O altitudo divitiarum sapientiae, et scientiae Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius!... Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in saecula. Amen ».

Noi Ci rallegriamo che celebriate il primo secolo della Chiesa Cattolica nella Nuova Zelanda con un Congresso Eucaristico. In tal modo proclamate la vostra aspirazione e la vostra speranza che Cristo regni in tutta la vita della vostra Nazione, nella vita di ognuno e nella vita sociale: che il suo spirito, la sua volontà, la sua parola ispirino coloro che guidano il vostro destino e dettano le vostre leggi, che il suo amore attenui le vostre difficoltà e sani le ferite del passato: che la sua pace riposi sopra la vostra patria e misericordiosamente vi protegga dagli orrori della guerra. Con la vostra pubblica adorazione di Cristo Eucaristico, annunciate, inoltre, che voi stessi, attingendo alle fonti della grazia nel Mistero Eucaristico, desiderate rivestirvi di Cristo e di formarvi in Cristo.[2] Ed infatti, a prescindere dai tesori eterni che in tal modo richiamate su di voi e sulla vostra Nazione, voi non potreste meglio contribuire, come già avete fatto in passato, alla vita sociale del vostro popolo — lo diciamo con gratitudine e fierezza — e come dimo-

[1] II Par. 7, 3.
[2] Rom. 13, 14: Gal. 4, 19.

strate di voler fare in futuro, che vivendo da veri cattolici timorati di Dio.

Avete scelto la Beata Vergine Maria a Signora e Regina delle vostre isole. Oggi consacratevi di nuovo a Lei. Raccomandate al suo amore materno sopratutto la fede e la purezza dei vostri giovani, la santità e la felicità della vostra vita familiare. Possa la sua potente intercessione ottenere per tutti voi, che « la vostra anima e il vostro corpo si conservino senza colpa per la venuta del Signor Nostro Gesù Cristo ».[3]

Se vi sono fra di voi alcuni a cui l'amore del vostro Padre comune è diretto in modo speciale, essi sono i Nostri Figli e Figlie del popolo Maori. Noi preghiamo Iddio Onnipotente, che, nel secondo secolo della Chiesa cattolica nella Nuova Zelanda, li faccia divenire una grande famiglia di Dio, e faccia sì che i più ricchi frutti maturino dai fiori giovani e ancora teneri della loro vocazione a Cristo nel sacerdozio e nella vita religiosa. Su tutto il popolo Maori invochiamo la Benedizione di Dio. Possa esso accrescersi in numero, possa godere di un quieto benessere; possa raggiungere la piena conoscenza della vera fede, e, con questa fede, ottenere felicità, amore e vera pace nei cuori e nelle famiglie.

Terminiamo con il saluto di San Paolo: « La grazia del Signor Nostro Gesù Cristo e la carità di Dio, e la partecipazione dello Spirito Santo sia con tutti voi ».[4] Come pegno dell'amore, della grazia e dell'amicizia di Dio, Noi vi benediciamo. Ai vostri buoni e degni Vescovi, ai vostri sacerdoti e religiosi, a tutti quelli che lavorano per la salvezza delle anime, alla vostra gioventù, ai malati e ai bisognosi, e a ciascuno di voi, diletti Figli e Figlie, impartiamo, dal profondo del cuore, l'Apostolica benedizione.

Benedictio Dei Omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, descendat super vos et maneat semper. Amen.

[3] I Thess. 5, 23.
[4] II Cor. 13, 13.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

In generali consessu Supremae S. Congregationis S. Officii, habito feria IV, die 10 Ianuarii 1940, proposito dubio:

« An inter acatholicos qui, iuxta decretum S. Officii diei 18 Ianuarii 1928, in causis matrimonialibus agere prohibentur, connumerandi sint etiam apostatae a fide ».

Emi ac Revmi DD. Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, omnibus rite perpensis, respondendum decreverunt: *Affirmative*.

Feria V, die 11 Ianuarii 1940, Ssmus D. N. D. Pius, divina Providentia Papa XII, in audientia Excmo ac Revmo D. Adsessori S. Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 15 Ianuarii 1940.

Romolus Pantanetti, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore providere dignatus est, nimirum:

die 15 Decembris 1939. — Titulari episcopali Ecclesiae Muliensi, praefecit Exc. P. D. Stephanum Fiedler, hactenus Episcopum Sătmariensem et Magnovaradinensem Latinorum.

die 27 Decembris 1939. — Metropolitanae Ecclesiae Chicagiensi Exc. P. D. Samuelem Stritch, hactenus Archiepiscopum Milwaukiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Wichitensi Exc. P. D. Christianum Winkelmann, hactenus Episcopum titularem Sitensem.

